

No. 168. 1280. 2. Apr.

P. Nicolaus III. gestattet dem Chorherrenstift unter gewissen Voraussetzungen zur Zeit eines allgemeinen Interdicts bei geschlossenen Thüren in der Stille Gottesdienst zu halten.

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . praeposito et conventui monasterii sanctae Aerae Misnensis per praepositum soliti¹⁾ gubernari ordinis sancti Augustini salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestrae precibus benignum impertientes assensum auctoritate vobis praesentium indulgemus, ut cum generale terrae fuerit interdictum, liceat vobis ianuis clausis, non pulsatis campanis, submissa voce, quibuslibet aliis praesertim excommunicatis et interdictis exclusis divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto nec id vobis contingat specialiter interdicti. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Romae apud sanctum Petrum III non. Aprilis pontificatus nostri anno tertio. B. Perusin.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

1) solitae Orig.

No. 169. 1280. 4. Apr.

P. Nicolaus III. beauftragt den Probst zu St. Aera mit der Entscheidung über eine zwischen dem Domherrn Arnold von Jencho zu Zeitz und dem Ritter Heidenreich von Berke streitige Geldsumme.

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . praeposito ecclesiae sanctae Aerae Misnensis salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis Arnoldus dictus de Jencho canonicus ecclesiae Cycensis, quod Heidenricus dictus de Berke miles Mersburgensis diocesis super quadam pecuniae summa et rebus aliis iniuriatur eidem. Ideoque discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota usuris cessantibus debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Romae apud sanctum Petrum II. non. Aprilis pontificatus nostri anno tertio. F. B.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

No. 170. 1282. 11. Apr.

Markgraf Heinrich der Erlauchte verleiht dem Chorherrenstifte zwei vom Verkäufer dem Burggrafen Meinher und von diesem ihm aufgelassene Hufen zu Brockwitz.

In nomine domini amen. Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis Cristi fidelibus praesentem litteram inspecturis imperpetuum. Universa